

ANNOTATIONES MARTINI

CRVSI, TYBING, PROFESSORIS, IN SVAS
ad Græcos, & Græcorum uicissim ad ipsum,
Epistolas.

AD EPISTOLAM I. ET II.

Cum gloriosissimus Imp. noster Maximilianus I. denuo legatum esset Constantinopolim missurus: nempe De occasio
generosum Dominum Dauidem Vngnadium: petijt hic pius Heros, à uenerando Theologico Academiæ Ty- ne Constā-
bing, Collegio: sibi aliquem bonum et doctum iuuenem mitti: quo uti posset Ecclesiaste, in itinere, et Constan- tinopolin
tinopoli. Delectus est igitur, illustrissimi Principis nostri, D. Ludouici, permissu, ex celsitudinis ipsius Tybin- scribendi.
gensi stipendio, M. Stephanus Gerlachius Knitlingensis: non longè ab oppido Brætta, Philippi Melanchtho-
nis patria, oriundus. Quod cum ego cognouissem: amicum mihi periculum Græcorum, quos ipsi Constantino-
poli sine dubio uisurus esset, faciendum putauit: qualis ibi esset hodie lingua Græca, et quales uiri quis Ecclesiæ
et rerum aliarum, status: et ut gratularer, si quid melioris eis fortunæ restaret: cum semper, propter profesio-
nem meam Græcam, Græciæ amator fuisset: et existimarem, sic rerum Græcarum, in me cognitionem
augeri posse.

Sed cum neminem illic nouissem: præter quam hoc, quod ibi adhuc aliquis esset Patriarcha: scripsi hanc pri- Scriptio ad
mam Epistolam ad ipsum Patriarcham: licet ne nomen quidem tunc ipsius scirem: sed nec antiquū titulū (impe Patriarchā.
rio Græco iam sublato) τῆ παναρχιατικῆς et οἰκουμηνικῆς, adhuc usurpari putarem. Eam Epistolam cum reueren-
do D. Præposito et Cancellario nostro legissem: approbavit eius Dignitas pro singulari sua erga me beneuo-
lentiā, et institutum hoc, et Epistolā ipsam: atque ipse quoque, hac occasione monitus, literas suo nomine cō mit-
tendas statuit. Res ergo ab hoc initio sic processit.

Κυρίω Δαβιδῶ.) Legati nostro seculo, Turca Vngariam infestante, Constantinopoli fuerunt hoc ordine.

Quidam Portugalesis, anno 1544.

Gerardus Velduichius, Belga 46. et 47.

Ioannes Maria Maluezius, Italus. 48.

Antonius Vurantzius Dalmata, Episcopus Agriensis: et Franciscus Zay. Hi duo simul à Ferdinando R. pro-
pter controuersiam de Transylvania, extra ordinem missi, Maluezio Byzantijs captiuo. 52.

Augerius Gislentius Bubequius, Belga, liberato Maluezio succedens. 54. et 61.

Albertus à Vuys, Belga. 63.

Carolus Rhimus, Belga. 69.

Dauid Vngnadius. 73.

Quem postea secuti sunt Ioach. Sintzendorffius, et Frider. Breunerus.

Anno 1546. Iulij die 22. Gerardus Velduichius Ratisbona remittitur Constant in opolim, cum nuper inde
uenisset. Sicid. lib. 17.

Anno 47. Gerardus Velduichius, Augusti mēsis 12. redit ad Cæsarem (Carolus V.) pactis inducijs in annos
quinque. Idem lib. 19.

Fuerat Maluezius aliquot annis, Ferdinandi apud Sulcimannum Orator: ab eo nimirum tempore, quo Cæ-
sar Carolus magnis de causis (bello contra Protestantes) per Gerardum Velduichium inducias cum Turca fe-
cerat. Nā tū quoque Regis Ferdinandi nomine cum eo de inducijs octo annorū conuenerat. Et fuerat Maluezius
in Velduichij comitatu: quē ex eo itinere reuersum, Ferdinandus Cōstantinopolim remisit, ut Oratoris par-
tes ageret: quō commodius Turcarum in Regno Hungariæ grassationibus occurreretur: cum esset, qui apud e-
um Principem, de suorum Præfectorum iniurijs coram expostularet, et satisfactionem exigere.

Auger. Gisl. itin. Constantinopolitan.

Υστερον ἔμαθον.) Ut ex Epistola Melanchthonis Græca, ad Patriarcham Ioasaphum 1559. scripta: cuius men- Melanch-
tionem in Annotat. in historiam Patriarchicam feci. Incipit illa: Αἰ μὲρ ἡ ἐπιμνηστικῆς θεῆς, ἐν τῷ τῷ βίῳ, ὡς εἰρ- stola ad Pa-
πλοῖον οὐ νόμασι, οὐ πολλὰς θλίψεις χαίμαίεται: νυνὶ δὲ, ἐν τῷ νοσερῷ τῆ νέσμεν γῆρας, μᾶλλον ταράττεται triarcham,
ἢ πῶλας.

Eā Epistolam Melanchthonem ad Ioasaphum miserat per Demetrium, Diaconum Constantinop. Ecclesiæ
qui per illam æstatem Vuitebergæ ad fenestram, ob doctrinam nostram cognoscendam uixerat.

Περὶ τοῦ ἁμῶν.) Hanc concionem, cum sic breuiter more meo in templo S. Georgij Tybingæ excepissem: Conciun-
et ea finita, idem D. Cancellarius, M. Stephanum Gerlachium, quia Constantinopolim abiturus esset, Ecclesiæ- cula Patri-
sten ante altare ordinasset: adiunxi illam Epistolam ad Patriarcham: ut et doctrine Christianæ, et studij mei arche missā
Græci, cum utriusque mentionem in Epistola ad ipsum fecissem, specimen aliquod uideret. Gerlachio autem, tum
de ipsa Epistola, tum de concione hac, quam Patriarchæ mitterem, indicaui.

His

His ambabus Epistolis secū acceptis: Gerlachius 9. die April. (τῆς πέμπτῃ τῆς ἰσθμιαίας, die Iouis) Tybingā egressus die 20. eiusdem, Viennam Austriæ peruenit. Inde 10. Iulij egressus, 16. Iun. Turcicos fines cum D. Legato, & comitatu, ingressus, 18. eiusdem Budam uenit: ubi D. Orator, seu Legatus, Bassam munerauit, ut pax seruaretur. Albam Græcam, siue Belgradum, 23. Iun. tendens, eò ultimo Iun. peruenit.

Iter Gerlachij Constantinopoli.

Supra Belgradum, omnia propugnacula, corruere ferè à Turcis sinuntur: quia metuant, ne quando Christiani ea recuperent. Belgradi res instaurant, ipsi architecturæ non bene gnari, per Christianos captiuos, miserè laboribus tabescentes. In arce ibi fortissima, uidimus (inquit) spolia & arma, ex pugna, qua Rex Ludouicus 1526 occubuerat, asseruata, uaria scilicet fragmenta. Minimè sunt Turcarum propugnacula ita tormentis instructa, ut nostra. Budæ & Belgradi inuenimus tormenta maxima: sed araneis & puluere obfita.

Belgradū.

Iulij oct. perrexit. Tunc quadrigis usi sunt: non amplius nauibus, quia Belgradi reliquerunt. Sopbiam 19. Iulij uenit: sic dictam, quòd eodem tempore extructa sit, quo S. Sophiæ templum Constantinopoli. Est ualde amœna: ubi reliquerunt ægyptos, qui quinta demum hebdomade post ipsos Byzantium uenerunt. Deinde Gerlachius, & Baro Herberstenius, alijq; aliquot nobiles, ægrotantes, Philippopolim præmissi (olim à Philippo, Macedoniæ Rege, conditam) eò uigesimo quinto Iulij peruenierunt. Est situ pulcherrima, tribus montibus cõtermina, partimq; determinata. In quorum uno, uestigia Palatii, & tribunal Philippi, in saxo excisum, adhuc uisitur: ubi sedens, dicitur exercitum suum contemplatus esse. Adrianopolim 18. Iul. peruenit. Ibi ipse, & ceteri ægrõti, Iudæo Medico usi sunt. Inde 1. August. abiit: & sequenti die conualuit, uento marino gratissimo afflante. Die 3. August. Selybriam atigit: urbem maritimam, in saxo sitam: ubi primò Græcorum templa & cæremonias uidit.

Sophia. e. Philippopolis.

Selybria.

Die sexto Augusti manè, pleriq; incolumes (inquit) Constantinopolim aspeximus: adhuc procul ab urbe excipientibus nos, Oratore Carolo à Rhim, Gandauensi, Legatis Venetorum, & aliquot Zaüschijs Turcicis. Tum urbem eo die (qui Iouis nominatur) ingressi sumus. Die decimosexto Augusti Aulam Imperatoris Turcici minimus: Imperatoris nostri Honorarium ferentes: & ad prandium à Turcis adhibiti sumus. Quo finito, tantum sex nobiles, cum Dominis Oratoribus, in conspectum Sultani adducti, uestem eius de more oscillati sunt: ac tunc retrogredi coacti. Postea ex composito, exercitus cum Ducibus, ordine nos præterijt. Aulæ Turcica, seu Porta Ottomannica, siue Sarai, est plurium millium tapax: ubi singuli Milites, suas certas stationes habent. Quisq; summo silentio, & sine screatu locum suum tenebat.

Constantinopoli apud Sultanam gesta.

Die Augusti uigesimo primo Sultanum uidi (inquit) ad templum cum maximo comitatu euntem: qui domum nostram præteriens, pecunias sparsit.

Septemb. uigesimo primo per Bosporum Thracium, ad mare Euxinum, animi causa egressi sumus. Bosphorus, longus est amplius 3. miliaria Germanica. Habet ex utroq; latere montes uiliferos. Ad radicem, iuxta Bosporum, uillæ suburbanæ sunt, & habitationes Græcorum. Ibi, Chrysomela, mala punica, persica, & oliuæ. Bosporus, à mari Euxino, prægrandi saxo determinatur: in cuius summo columna marmorea est, à Pompeio consule Romano posita. In reditu, Bosporon traiecimus in Asiam, ubi uiridarium Imperatoris uidimus.

Bosporus Thracius.

Omnis generis oblectamenta, Byzantij sunt. In præcipuis Turciæ urbibus, Ragusæi, Genuenses, & alij Itali, negotiantur. Iudæorum amplius XL. millia Constantinopoli habitare scrütur, in parte peculiari, Bosporon uersus. Eorum ædes ante quadriennium conflagrarunt: sed ipsi eas magnifice instaurant. Sunt multarum linguarum periti, Mercatores opulenti, Artifices industrij.

Mercatores Turciæ Iudæi Byzantini, Græcorum status.

Græci, præter triuales & Grammatices, nullas Scholas habent: loquuntur corruptè Græcè: pauci apud eos docti sunt, & linguam ueterem intelligentes: tantum tempore Quadragesimæ conciones habent: sub utraque specie communicant. Græcis & Rascianis, plerisq; inter se conuenit: in cæremonijs, quàm in doctrina longè frequentiores sunt. Luxus Græcarum sceminarum, Germanis uix credibilis est. Capillos purissimo auro inuoluunt: frontè & aures, præciosis gemmis & inauribus ornant: collum torque, lacertos laminis & optimo auro, circundant: pectus monilibus aureis, & argenteis, alijs multis ornamentis grauant.

Græcarum sceminarum πολυτέλα.

Hæc ex pluribus Gerlachij literis, die 11. Octob. 1573. scriptis & initio Ianuar. 74. Tybingam, præter speciem (rumor enim erat, ipsum in itinere perisse) allatis.

ADDAM DISTANTIAS PRÆCIPVARVM VRBIVM, itineris è Tybinga Constantinopolim: mihi à clarissimo uiro, Domino, Phillippo Appiano, Med. D. collega & compatre meo supputatas.

A Tybinga Viennam Austriæ, miliar. German. communia,
 A Vienna Budam,
 A Buda Belgradum,

93.
 32.
 35.
 S A Belgrado

A Belgrado Sophiam,	61
A Sophia Philippopolim,	24
A Philippopoli Adrianopolim,	18
Ab Adrianopoli Constantinopolim,	37
A Tybinga Constantinopol.	273
A Buda Constantinopolim,	160
Quòd in postremis duabus distantijs, minor est uniuersus milliarius numerus quàm si præcedentes illarum particulares numeros in summam colligas: cogita, D. Apianum: illic de rectæ lineæ, hic de obliquæ, itinere loqui.	

A D E P I S T. I I I. E T I I I I.

Epistola Tybingensis, per Gerlachium patriarchæ reddita.
προσπονή και βεβαιότης.
 Literas D. Cancellarij, & meas, ad D. Patriarcham scriptas, Gerlachius usq; ad XV. Octobr. secum retinuerat: tum quòd collegium ipsius, à domo illustris Oratoris remotissimum sit: nec Christianis exteris, absque lanizaro, in plateis oberrare, propter Turcas *αυθιπαροδιστας*, tutum: tum quòd opportunum ipse tempus ad eundem, per Patriarchæ Rhetorem & Protonotarium, captaret. Quod tunc nactus, cum doctore quodam Medico sedem Patriarchæ accessit. Parua, post præsentiam ipsorum significatam, interposita mora: Patriarcha aliquot domesticis Græcis, & Calogers, præsentibus: illos in quadam aula, extra suum conclaue, humanissimè accepit. Postquam in sella quadam consedisset: Doctor, & suo & Gerlachij nomine, sanctitati eius salutem, & in Ecclesia pacem, Italica lingua per Interpretem, multis uerbis optauit. Pro quibus ipse uicissim bene precatus est. Moris autem est, peregrinos, cum Præsulibus, & eminentibus personis, per Interpretem loqui: & quòd Græci oēs, etiam docti, uulgari tantum lingua utantur. Deinde, rebus suis expeditis, Doctor indicat: adesse literas doctorum quorundam, ex Alemannia: quas S. eius benigno uultu accipere, & pro temporis cōmoditate ad eas respondere, dignetur. Respondit ille, eas sibi gratissimas esse, & ad eas responsurum.

Patriarchæ προσωπογραφία.
 Inde discedens, altero ac ipsis osculo accepto, seorsim illas postea legit. Cumq; concionem D. Cancellarij, de officio boni Pastoris, legisset: nec in Græca Epistola mea, eius mentio facta esset (at latine addideram: esse specimen aliquod Doctrinæ nostræ: & post eam concionem, Gerlachium ordinatum esse: quæ annotatio, ipsi forte uisa non fuerat, aut non intellecta) uisus ego sui quibusdā, uelle D. Patriarchæ, tanquā non satis in munere suo diligenti, ueternam excutere. Sed Rhetor, senex optimus, *φιλιθυρίας* meæ ostendendæ causa missam affirmavit: & Gerlachius, qui ante discessum suum sciuerat: etiam ex inscriptione concionis, & quòd non *οὐκ ἠνώγει αὐτῖνος* ibi cum Patriarcha ageretur, Protonotario non esse *ὑβρικὸν λόγον* demonstrans, rem facile pacauit. Ego etiam, offensione illa dissimulata, ita plusquam reuerenter hanc Epistolam scribendo, magis eximere suspicionem uolui. Sed quia Patriarcha, quarto die post, ad uisitandas Græciæ Ecclesias abiturus erat: mora r. sponsoni eius ad Epistolas, intercessit.

Fames apud nos.
 Patriarcha Hieremias, uir humanus & placidus est, amabili uultu: hominum animos ipso intuitu sibi deuinciens. Corpulentus est, & proceræ staturæ. Veste utitur monastica, nigra & prælonga: caput cucullo tectū habet: crines nutrit crispas: & ex Antecessorum consuetudine, in humeros (quemadmodum Saluator noster pingi solet) diffuentes. Cumq; totius Græciæ, & plurium locorum, cæterosq; Patriarcharū, quasi *ἐπίσκοπος* sit: nihil tamen splendoris, uita ipsius habet: sed omnia simplicitatem & humanitatem singularem sapiunt. Ex Gerlach. literis, 25. Noemb. 1573. scriptis, & huc 23. Feb. 74. allatis.

Patriarchæ potestas.
κατὰ τὴν ἀρετὰς τῶν ἡμερῶν τῆς οἰκ. Gallia & Belgio crebris bellis infestatis, quæ etiam aliò eruptura uidebantur: fame grauissima, eaq; diuturna, mortales uexante. Anno quidē 1570. apud nos, galt ein scheffel kerns X. flor. und kam biß auff XI. flor. id est, tritici medimnus uēdebatur. 10 flor. donec etiā ad 11. flor. perueniret. Mensura ueteris umi 5. cruciatis. Sequentibus annis, aliquantò minus precium utriusq; generis fuit. Deinde 18. April. 1574. edictum Principis, recitatum ciuibus nostris est: ne medimnus tritici pluris, quam 9. flor. 6. bacis uenderetur. Sed mēsurā ueteris umi ferè 9. cruciatis, Cadus aut (ein äimer) 24. flor. uēdebatur. Proximè uerò insecuto anno, cum semper sumina serenitas & siccitas fuisset: uberrima mēsis, & opima uindemia, diuina benignitate contigit. Tunc medimnum tritici 3. flor. 5. Bac. (postea, etiam minoris) emebamus.

Prouentus Ecclesiæ Constantinopolitanæ
 De rebus Græcorū, rursus è Gerlachio aliquid ponā. Maxima Patriarchæ autoritas est: quia Oecumenicus agnoscitur à Patriarcha Alexandrino, Antiocheno, & Hierosolymitano: non modo à suis Episcopis. Itaque iurisdictionem habet in Asia minore, insulis Aegæi maris, & tota Græcia usque ad Dalmatas, Mysia superiore & inferiore, Vualachia, Moldauia, Russia, & Moscouia. Sed domi ipsius, nullus splendor est

Patriarchatis, & omnia monasteria, suos agros, hortos, & uineas, habent. His accedit contributio Ecclesiarum: quæ quotannis Patriarchæ, certam pecuniæ summam pendunt. Sunt prouentus tenuis fortunæ.

Et C4

Turcogræciæ Librum VII. 487

Et Calogeri in Monasterijs, agros, hortos, vinea, suis manibus colunt, ut uitam sustentent. Quidam etiam Mari vicini, aut insulas inhabitantes, mercenarias naues habent, quibus uictum querunt. Quatuor Patriarchæ, ut statum suum tuncantur, singulis annis Sultano aliquot millia Ducatorum, de Ecclesijs suis collecta, persolvere tenentur. Presbyteri, ex eleemosynis, & redditibus, quos ex certis sacris accipiunt, uiuunt: Exequias enim Mortuorum (quæ Græcis frequentes & multiplices sunt) alij ab eis redimere coguntur.

Victus Monachorum & Sacerdotum,

Laici, eadem fortuna cum Ecclesiasticis utuntur. Sunt plerique pauperes, & mercenarij: quodq; magno labore acquirunt: id ad ornatum uxorum & filiarum, si bonis uti uelint, conferunt: ipsi per se, mūditiæ negligent. Victus sunt tenuissimi, sed potu delectantur. Totum annum raphanis, herbis, & qui maritimi sunt, ostreæ certis piscibus, conchis, cancris, quæ singula, minimo comparari possunt uielitant. Carnium usus, ut Turcicis familiarissimus est, ita ipsis rarissimus. Opes quibuscunque modis possunt parare, prædia & aedes possidere, eis permittitur. Hinc Artifices illorum, & Mercatores, ditescunt. Controversias eorum, quas à Turcis dijudicari uolunt, Patriarcha, aut Metropolitæ Episcopiue, aut uiri prudentes, componunt. Tributi nomine, priuati singuli ex Christianis & Iudeis, Ducatum unum quotannis pendunt: qui etiam de singulis filijs duodecim annorum, aut plurium, penditur. At multo plus quotannis, in conseruationem Regiæ classis contribuendum est. His persolutis, cætera sua tuto possident: nisi quid eis à uolentis rapiatur: qui tamen, licet Turcæ sint, puniuntur: si iniustam uim intulisse cognoscantur. Et mirum est, inter Barbaros, in tanta tantæ urbis colluue, nullas cedes audiri, uim iniustam non ferri, ius cuius dici. Ideo Constantinopolin Sultanus, Refugium totius orbis scribit: quod omnes miseri, ibi tutissime lateant: quodq; omnibus (tam infimis quam summis: tam Christianis, quam infidelibus) iustitia administratur.

Laicorum uictus.

Tributum annum.

Sicut autem Constantinopoli, omnis generis nationes inueniuntur: ita etiam diuersissimarum linguarum usus est. Arabes, Syri, Armenij, Græci, & alij, cum suæ gentis hominibus, lingua materna loquuntur. Inter omnes tamen dominatur Turcica lingua: quæ, discenda est: si quis cum Turcis contrahere, aut commodius uiuere, uelit. Ipsi uero nati Turcæ, alijs linguas, præter Arabicam, non discunt: ex qua etiam, Turcica nata uideatur: cum plurima sint Arabica uocabula in illa: & ipsorum precesiones, Arabica lingua constant. Est deinde post Turcicam & Græcam, maximus Byzantijs usus Italicae linguae. Post hanc, Croaticæ & Vngaricæ: propter aduenarum & captiuorum, ex his regionibus multitudinem. Hebræi, tantum in Synagogis suam propriam retinent: sed in communi uita, tam inter se, quam ad alios, linguis regionum, ex quibus oriundi sunt, utuntur.

Pax urbis, & iustitia. Linguae uariæ Constantinopoli.

Die decimonono Octob. 74. præterierunt 14. currus, in quibus captiui Vngari & Germani, robustissimi uiri, donum Domini Oratoris: & in singulis curribus, singula uel bina, capita Vngarorum, contis infixata. Ultimo Octob. iterum præterierunt ibi 22. currus: cum uiris & mulieribus, adolescentibus & infantibus: ex Vngaria, à Zigethensibus Turcis in seruitutem rapti, paucis germanis adiunctis. In singulis curribus fuerunt pro uexillo, quatuor humana capita, palis imposita.

Captiui, eò adducti. Libri manuscripti Græcorum

Ad libros, de quibus ego scripsi, Dominus Gerlachius respondet. Libros Philosophicos & Poeticos Græci non curant: & quos scribis, plerosque ignorant. Et audio, ante aliquot secula, lectione eorum; Calogeri quadam superstitione interdictum fuisse. Ex quo tempore, studia humanitatis, artes & scientiæ, pleraq; neglecta uidentur: ut doctiores, iam sola ferè lectione Patrum contenti sint. Quod si quid tale hic fuit: puto, ab Italis & Gallis ablatum esse. Vtriq; enim suos Bibliothecarios Constantinopoli habuerunt. Coemerunt etiam nullis sumptibus parcentes; plurimos & optimos libros, duo Cæsarei Oratores, Græcæ eloquentiæ studiosissimi.

Hæc è literis, ad D. D. Heerbrandum, & ad M. Samuelem Hailandum, & ad me, mensè Octobri, & initio Nouemb. 1574. scriptis: & 4. Ianuar. 75. unà cum sequenti Patriarchico, ad superiora nostra scripta Responsò, allatis.

AD EPIST. V. ET VI.

Patriarcha, in Ecclesiarum uisitatione, & eleemosynarum collectione, diutius moram trahentes Gerlachius Monasterium eius sæpius adiit: sed Rhedimensem Episcopum, Vicarium tunc Patriarchæ (cui munus hic nobis respondendi commiserat) nunquam reperit. Tandem exactis 9. mensibus, cum Patriarcha redisset: eum Gerlachius, per Græcum ei familiarē, sollicitauit. Sed cū is redire tardaret: quodam die Protonotarium (qui talibus rebus expediendis præest) conuenire & rem urgere, uoluit: sed morbo periculoso & diuturno impeditus fuit.

Epistole Patriarchicæ adeptio

Cum autem Patriarcha, tunc temporis in vicinis oppidis & pagis uindemiaret: nec spes reditus eius in urbem ante quatuordecim dies esset: Protonotario alteras literas nostras, quas interea retinuerat, dedit: qui ad Patriarcham profectus, hoc eius diploma, sedecim post diebus attulit: a se quidem descriptum, Patriarchae autem manu subscriptum. Ex literis ad Dominum Cancellarium & ad me, primo Nouemb. 74. scriptis.

Καὶ νῦν δὲ, ὡς αὐτὰς ἐξ ἀμφοῖν) Scripserat tunc, cum ego meam, supra tertio numero positam, scripssissem, etiam Dominus Cancellarius: inter alia ponēs, quia sanctitas eius, Responsum promississet: se id μετὰ μεγάλῃ σπουδῆς expectare: & sperare, illos, licet forte ritibus à nobis discrepent: attamen ἐν τῷ τῆς χειρὸς Διαδοσιακίας, καὶ σωτηρίας πίστεως, θεμελίῳ, nobiscum sentire.

Καὶ ζητήσεις ποιμενίων θείας) Illas duas conciones, ego meo impulsu nō D. Cancellarij, miseram: nec u^o quaestiones, sed ut gustum aliquem Religionis nostrae, proposuerat. Sed Patriarcha, tanquam quærendi causa ab utroq; missis, respondet.

Ouis errās

Τὰς ἑρανεῖς λέγω ἀνήμεῖς) Προδίδως ἢ παραβολῆ, τῆς διπλοῦς φησὶ πρόβατα ἐννεπυονταίνεα: καὶ ἐμ, τὸν ἐκπετόντα ἀμαρτωλόν. φασὶ δὲ τινεῖς, ἡμετέρῳ μὴ πρόβατα, πᾶσαι τῶ λογικῶ ἡσίσι: ἐμ δὲ πρόβατον τῆς λογικῆς, τὸν ἀνθρώπου: ὃ πλανηθὲν, ἀνεζητήσον ὃ ποιμὴν ὁ καλὸς: ἀφεὶς τὰ ἐννεπυονταίνεα, ἐν θῆ ἐρήμῳ, τὰ τέσσαρ, ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ, τῷ ἑρανεῖ, ἐρημῶ γὰρ, πολυχλίας κοσμηκῆς ἀπὸ πωτισμῶ, ὃ ἑρανεῖς: καὶ πάσης γαλιλίης, καὶ εἰρήνης, μιμνησμένῳ. Nonaginta nouem oues, Iusti dicuntur una uerò errans, peccator, qui excidit. Quidam tamen, per centum oues omnem rationalem intelligunt creaturam: per unam autem ex ea, ouem, hominem, quem ab errore reuocari Pastor bonus: relictis nonaginta nouem ouibus in solitudine, id est in caelo. Ibi enim solitudo à turbis terrenis est: omnisq; tranquillitatis & pacis abundantia. Theophylactus in Luc. 15.

Νεὴ τὴ ἐξόν τῆς.

Μὴ δὲ νεωτερίζετε) Per νεωτερίζοντες (ut ex Gerlachio cognoui) intelligunt omnes: qui a consuetudine Graecae Ecclesiae, & traditionibus conciliorum Oecumenicorum Patrumq; , discesserunt: ut quando approbatur additio Symbolo facta, Filioq; : tanquam ea patribus Synodorum septem ignorata fuerit: aut, quando Azy-mo S. coena administratur. Attamen doctrinam nostram, in multis, propter sacrae scripturae robur, carpere nō audent. Pontificios pro Haereticis habentes, Graecas foeminas, siue legitimè, siue illegitimè, cum Italis, Gallis, aut Hispanis, coniungantur, aliquandiu excommunicant.

ἄγραφα.

Ἐγραφέως τε καὶ ἀγραφέως) Si ea omnia ex sacris literis demonstrari possent, aut his non aduersarentur. Fides enim, ex auditu uerbi Dei est. Quomodo enim credat aliquis firmiter id: de quo non habeat expressum Dei uerbum: aut quod saluificis Religionis articulis repugnet? Ideo τὰ ἀγραφα, cum ualde amplum pallium sint, in angustius adducenda sunt. Ergo nihil tale, D. Patriarcha, pro pietate sua postulabit.

Calami scriptorij.

ἱερμίας ἐλέφ θιβ) Patriarcha, argenteo calamo sic subscribere solet. Alias Graeci, calamis ex Persia allatis scribunt: non autem anserinis pennis, ut nos. Subscriptioni sigillum nigrae cerae subiectum erat: τῶ βιομήτορα habens, τὸν παῖδα ἰσοῦν ἐνηγαλισμένῳ. Insunt à tergo τῆς θεοτόκου nomina, μεθ' ἑν: pueri autem, ΙΧΧ: quae leguntur, μήτηρ θιβ, ἰσθὲς χειρὸς, Supra caput pueri, in corona, seu radijs, ο ων, id est, ὁ ὦν. Sigillum, alba lana fuit tectum. Ipsa Epistola non habuit ἐπιγραφὴν ad quemquam.

Sigillum Patriarchae

Augustana confessio ad Patriarcham missa

Τῆ οὐ ἀγιότικτι ἐπέμψαμεν) Augustana Confessio, Graecè à clarissimo uiro, D. Paulo Dolscio Plauensi, cōuersa, anno 1559. (quo ego Tybingae Graecolatini Professor factus fui. Basileae ab Ioan. Oporino excusa est. Huius conuersionis Exemplum, cum aliunde tunc habere non possemus, Dominus Andreas Laubmarium, I. V. D. & Institutionū hīc extra ordinem Professor, compater meus colendus, nobis dedit: quod ad D. Patriarchā 16. Sept. 1574. misimus, his propè uerbis. Βιβλαρέον τι πέμπομεν, τὰ τῆς πίστεως ἡμῶν ὅλης κεφάλαια περιεχομ: ὅπως ἢ οὐ ἀγιότικος βλέπη τῶ θερησείαν ἡμῶν μάλλον, τίς ὄσι, πολλοὶ γὰρ ἡμᾶς πολλὰ παρ' ἡμῖν διέβαλον. Διότι μεθ' αὐτῶν μεγάλως: τῶ ἀγιότικτῶ οὐ αὐτῶ, μετὰ τῆς τῆς, ἡς αὐτὰ πρότερα, ἐννοίας δέχεται: καὶ εἰ μὴ βρεθῶ, τῶ ἑαυτῆς γνώμῳ περιὲ ἀντὶ ἐννοικῶς διελθῶν. Libellum quendam, capita totius Religionis nostrae continentē, mittimus: ut tua S. eam melius uideat. Multae enim de nobis istic calumniae à multis sparsae sunt. Magnopere autem rogamus S. tuam: ut eadem, qua priora nostra, beneuolentia illam accipiat: ac, nisi molestum fuerit, suam de eo nobis sententiam beneuolè significet. Miserat & antè ad Ioasaphum Patriarcham, per Demetrium, cuius supra meminimus, Exemplar Melanchthō: sicut in huius Chronologia, 15 82. in Autumno edita Martinus Mylius testatur.

Induciae cū Turcis.

Induciae cū Turcis (ut ex Gerlachio 25. Februar. 75. intelleximus) benignitate Dei in annos octo factae sunt: quia Amurates, à patre Selimo, non multò antè, quàm 9. Decemb. 74. more retur, concessas, ratas habuit. Missus ea de re Legatus Turcicus, natione Germanus, ad Imperatorem nostrum. Hic (ut ex Epistola M. Ioannis Plieningeri, Comaræ tunc castrensis concionatoris, ult. Mart. 75. scripta, intellexi) Comaram 7. Febru. aduenit: in prama Viennae obsidione è Germania abductus, senex, pri. 75, ciuilis, nostri mirè studiosus. Inter alia dixit: Vuannier zusammen schielten: unier betten nit so uil ruum uor euch, daß unier uns gurteten. Is postea Pragae (ut idem Plieninger 29. Jul. eiusdem anni Vienna scripsit) mortuus est, & in paradysum Turcicum,

Turcogræciæ Librum VII. 489

ad formosas scilicet foeminas, translatus. Cadaver Budam est delatum. Induciæ, ut antea Sultani, ita nunc legati, obitu, in dubio uersantes, tamen de nouo confirmatæ sunt.

Turcæ Hæretici lapidatiō.

Antea 16. Nouemb. 74. (ut idem Gerlachius ait) quidam ex grege Sanctorum Turcicorum, totus canus, Constantinopoli lapidibus obrutus est: multosq; dies inhumatus iacuit: quod Mahometam, falsum Prophetam: & Turcis infernum, non paradysum, paratum esse dixisse: monitusq; reuocare nolisset.

AD EPISTOLAS VII. ET VIII.

Nondum tunc horum mihi nomina nota fuerunt.

Τὼρ ἀπὸ τῶν ἐν οὐσίῳ ἔχοντων) Petrus Belonius, in Gallico suo rerum peregrinatione sua obseruatorum ope Lingua hæpere, ait: Linguam Græcam esse Constantinopoli, & in Græciâ, & in Lemno, cæterisque Aegæi maris insulis, diurna Græca & Nicææ, & Iconij, alijsq; locis minoris Asiæ: itemq; Antiochiæ, Hierosolymis, & Alexandria: etsi corruptè ca. loquantur: alibi purius, alibi deprauatius. Ideo à Perensibus, qui sunt e regione Byzantijs, præsertim pueris, derideri aduenas: secus Græca pronuntiantes, quàm ipsi.

Barbarogræcam linguam (inquit Gerlach. in Epist. 7. Mart. 73. ad me) antiquissimam esse dicunt Græci: quando uerò cœperit, ignorant. Omnium purissimâ, hodie Constantinopoli auditur: corruptissima, Athenis. Chij ac Cretenses, Italica uocabula immiscent. Estq; omnis ferè differentia, in pronuntiatione, & paucis distionibus. Et omnes, quorumcunq; locorum, se mutuo intelligunt: exceptis Ionibus, qui in Peloponneso, inter Zacones, Naupliam & Monembasiam, i. q. Pagos inhabitantes, antiqua lingua, sed multifariam in Grammaticam, peccant, utuntur: qui Grammaticè loquentem, intelligunt: uulgarem uerò linguam, minimè. Hi, Zacones uulgò dicuntur. Et aliquantò post, in eadem Epistola. Christiani, inquit, littus à Trapezunte Attaliam usq; satis frequentes accolunt. Loquuntur ut plurimùm Græcè: præsertim Trapezunti, Cerasuntij, Roexæi, Nicææ, Chalcedone, Pruse, Nicomediæ, Smyrniæ, Ephesi: suntq; in singulis his locis Metropolitæ. Interius uerò Syriam uersus, pauciores Christiani esse dicuntur. Omnes quoq; insule maris Aegæi, Icarij, Cretici, Lycij, Græco idiomate utuntur.

Ὁ πρῶτος βιβλίον) Scilicet Concionem D. D. Iacobi Heerbrædi: de obitu Barbaræ Sueppsiæ, ex 35. Genes. habitam: quam in templo Græcè exceperam, & domi e regione latinam conuersionem meam addideram.

Ἐπιστολὴν Ἀθηνῶν) Inter Epistolas Mahometæ secundæ, à Landinio, Equite Hierosolymitano, latinè conuersas, extant de Athenis hæc duæ.

TURCVS Thebanis.

Direptionem Athenarum uos ægrè Thebanos pertulisse audio: quos & belli socios, & consiliorum in me De Athenis participes, extitisse, iam pridem intelleximus. Vobis igitur, quibus ingens hostium metus incessit, idem rerum exitus ac fata debentur: paresq; Atheniensibus calamitates. Hæc ideo præcauimus, ut metu prius, & scelerum conscientia, mox uerò grauioribus supplicijs, torquemini.

T H E B A N I Turco.

Deletis Atheniensibus, non solum Thebanis animos, uerùm & Græcis omnibus (quorum sæpe libertatis autores extitimus) uires ad bellum auxisti: qui armorum rabie uersi in furorem, te quidem in tot scelerum penas ultro reposcant. Solet enim plerunq; afflictis rebus, ultima fati necessitas certam miseris quoq; salutem polliceri. Nec facillè Tyranno parere consuescunt, qui alijs imperare didicerunt.

Μηγάρον τινὰ γένειον) Vulgaris linguæ Græcæ cupido magis me incessit 1564. quo anno amici mei, studiorum causa Patauij uersantes, illadem Homeri Ἀλεχὰς Rarturi, Alexandrum M. & alios id genus minores libellos, e Veneta urbe mihi miserunt: D. Thomas Rue us Rutanus Tirolensis, M. Engelbertus Milander Hadamarius Hessus, & Georg. Frobenius Leoberg. Silesius. Antea uerò 1562. frâgmentum manusc. Barbarogræcū, de amore Lybistri & Rhodannæ, inspiciendum, e Nyrtingæ oppido acceperam: missum mihi à nobili uiro, D. Antonio à Remchingen: qui eum libellum aliquando in mari em erat aureo annulo, putans alicuius præcij esse: præsertim, quod Icones in eo utcunq; calamo depictæ erant. Postea, mortuo eo nobili, dono à D. Ioann. Schoppfio Theologo, tunc Nyrtingæ Parocho, accepi: & diligenti compactione, ad meliorem habitum perduxi. Cõstat uersibus politicis id est, bina Dimetra iambica (quorum posterius, catalecticum) habentibus. Ut cum Rhodanne, quæ adhuc repugnarat amanti Lybistro, iam benigno respondet: ipse gaudet.

Libelli uulgaris L. Græcæ.

ποίημα λυβίστρου καὶ ροδάννης. Versus Politick.

Ψυχὴ γὰρ ἰρωτότρωτος, ὅσα ψυχοπονέση:

χαῖνε τὸς πόνοσ, ἀν γλυμνὸν μάλισ τῆ πόθσ λόγον.

Anima enim amore uulnerata, quamuis multùm doluerit: perdit dolores, ubi dulce perceperit de amore responsum.

In talium uerò dimensione, σικωκίρσις fit.

ποσὸς κινδύνους ἔπαθον, καὶ ἀλόγως ὡς ἀβέλων
Τὶ πράγματα ἐστὶν ἔβουλον διείδεναι εἰς ἡμέραν;
πῆτρας ἀνάχας ἰδοῦσιν, καὶ σιδηρὴν καρδίαν
ναμντὰ συνασχῆσαι, τὰ ἐπάσχησον δὲ ἰδέσθαι.

O quot particula adij, quot necessitates sustinui?
O quæ acciderunt propter te (chara Rhodamna) mihi?
Saxeum si habuisses sensum, & ferreum cor:
certè in his condoluisses, quæ passus sum propter te.

Ad dam sanè totius fabule huius argumentum: quantum ex mutilo, & transposita hinc inde folia habente, fragmento, colligere potui: ordinans hoc modo narrationis seriem.

Argumen-
tū Lybistri
πολυπύρον.

Lybistrum, ingenio formaq; præstantem iuuenem, Christianum, Regem latinum, solum tristissimè uagan-
tem (quia magico dolo suam charissimam uxorem Rhodamnam amiserat, eamq; requirebat) inuenit quidam,
nomine Clitopho, & ipse amore tristis. Hi unà amicitiam iuramento ineuntes firman. Huic Lybister nar-
rat: quomodo initio amorem contemnens, postea occasione uenationis & somni, in eum incidit. Itaque
centum Ministris comitatus, in regionem ethnici Regis Chrysi uenerit: ac post multos totius biennij labores,
speciosissimam illius filiam consilio amici, multis literis sagitta in arcem eius, nomine Argyrocastrum, comie-
ctis, operaq; Eunuchi adhibita, conciliata, nomine Rhodamna (uictò Aegyptio Rege Friderico, qui riu-
lis eius erat) in matrimonium duxerit: successorq; Regni, à Socero designatus fuerit. Deinde dolo Friderici (sicut
à uate ei prædictum fuerat) magia cuiusdā anis, sibi sua chara Rhodamna erepta fuerit. Exiuerat ergo moestissi-
mus, cū centū Ministris, quærens ipsam per nulle pericula Ministris in uaria loca quæredi causa dimissis: qui, bi-
ennio exacto, ad eundē locū redirent. Tunc inuenierat eū ille Clitophon: qui Lybistro poscenti, uicissim de sua
fortuna exponit: sibi nomen Clitophontem esse: ex Regia familia Armenia descendisse: & quod filiam patris
sui, nomine Myrtanam, deperisset, metu sponsi profugisse. Proficiscuntur dehinc unà per loca difficillima:
somnia Lybistri de aquila & perdice, ut faustum, Clitophon exponit. Reperiunt Friderici animum, ignoran-
tes scelus eius: & ab eā decipiuntur. Tandē Clitophontis fidelē prudentia, Rhodamna reperitur: & Lybister
(quem ipsa, scelere anis necatum esse putauerat) ad eam cū summo gaudio reducit. Redeunt ad locum,
ubi initio Lybister à Clitophonte inuentus fuerat. Reperiunt & in loco constituto centum illos Ministros.
Summa cum letitia ad Argyrocastrum redeunt: ubi Clitophonti, gratitudinis ergo, Lybister sororem Rho-
damnae, nomine Melanthiam, uxorem dedit.

Doctrinæ
ibi.

Coniectu-
ra de anti-
quitate hu-
ius libelli.

Ita biennium Lybister consumpsit in concilianda sibi, & ducenda, Rhodamna: biennium in eadem reperi-
enda consumpsit, & domum reducenda. πολὺν, τὸ τῆς ἐλπίδος πάλῃ, ubiq; & alicubi, τὸ τῆς κλιούσης. Loci com-
munes præcipui. 1. De ui amoris. 2. de bono ueræ amicitia. 3. quod industria & constantia omnia uincat. Om-
nia, castissima & honestissima. Vetustum autem esse eum libellum (cui non pauca initio, medio & fine, dec-
rant) colligo non modo ex chartarum carie & attritu: sed etiam ex iconibus, ubi nulli scloppe apparent: sed
arcus & sagittæ, & musica testudines. Fortasse illo tempore extitit: quo Germani, Galli, & Veneti, Constā-
tinopolim (ante 370. annos) per Flandrenses comites reuerunt. Nonien enim Friderichi, Germanicum est.
Item σκέλη, schelm. In concursu equestri, Lybister ad Fridericum, καὶ ἐγὼ τὸν ἀπειρήθηναι; τόρα ἀποθνήσκας
σκέλη. Ego ei respondi: nunc moreris, scelestè.

Libellum de Lybistro & Rhodamna, ὃ ἠρακλείας μητροπόλεως habere dicitur: respondit mihi Gerla-
chius Epist. 7. Mart. 78.

Τὸν Γραλλικὸν Anno 1552. præcipuè Iulio Casar Paschale, è Messana Sicilia oriundo, plurima mihi in
Orlando furioso Ludouici Ariosti interpretantè. Τὸν ἡλτ' ἔτι Anno 1556, circiter.

Prælectio-
nes
ἑρμηνείαι

Πολὺν χρόνον ἐν τῇ ἐπιπέδῳ In publica apud Academiā explanatione orationum D. Basilij, totius Sophoclis, totius
Iliados & Odysseæ Homericæ, & Thucydidis: præscriptione item modi Latinarum & Græcarum orationū
componendarum, & recitari solitarum: quæ hora tertia pomeridiana, iam inde ab anno 1559. adhuc fiunt: sem-
per plus minus centum studiosorum iuuenum auditorio: subinde alijs, qui bonâ secum præcipia adferunt, in
locum abeuntium succedentibus. Antimeridiana uerò hora, tempore æstiuo octaua, hyberno nona, Ciceronis
orationes, & certis interuallis Epistolas, in tertio Pedagogij Academiæ ordine, adolescentibus explico. Initio
autem, Rhetoricam quoq; horâ duodecima, in multos annos docebam: quo onere me tandem leuari orantem, ne
tribus quotidianis prælectionibus citius succumberem, beneuolè inclitus Senatus Academicus liberauit.

νεκροσω-
στία
superstitio
ἰα.

Τὸ περιβερὺν ὑπὲρ ἐμῆς) μεταχρήσεως Latino Græcæ, cuius usus in scholis huius Ducatus est.
Adiciâ huic tēpori aliquid ex Epistola 25. Maij 75. ad D. Hailandū scripta. In sabbato Pentecostes, Turcæ cō-
busserrunt Græcum, biennio antè defunctum: quod uulgò crederetur, noctu sepulchro egredi, hominesq; occi-
dere. Alij autem ueram causam perhibent, quod XV. plures uē homines, spectrum eius uidentes, mortui sint.
Sepulchro extractus, consumptâ carne, cutem ossibus adherentem integram habuit. Et ex aliâ Epistola.

Quatuor patriarchæ

conscriptas, Notario distare dignaretur. Annuis statim humaniter petitioni, fortè satis impudenti. Nomina Patriarcharum 4. (inquit idem 16. Nouemb. 75. ad euidem) sunt: Hieremias, Constantinopoleos: Syluester, Alexandria: Ioachimus, Antiochiæ: & Germanus, Hierosolymæ: pro quibus etiam nominatim, in Liturgia preces clara uocè fiunt.

πέντε καὶ σοί) Non accipi: uolente D. Gerlachio, inchoata & imperfecta mittere: sed de perfectione satagentè.

Κατὰ τὸν Κωμικὸν Aristophanes πλάτω:

χρ. Αλλ' ἀνδρὲς διθὸ γυναικίᾳ φεύγοιμην μίαν;

βλ. Πενία γὰρ ἔστι, ὡ πόνιρ': ἡς ὕδαμῶ

ὑδὲρ πέφυκὲ ζῶον ἐξωλέσθη.

Chremyl. Vnam fugiemus foeminam uiri duo?

Blepsidem. Quid nisi? Quia est paupertas, qua non uspiam ullum animal inuenitur execratius.

Ἐμποδιῶν γίνεται) Lucretial. Satyr. 3.

Haud facile emergunt, quorum uirtutibus obstat res angusta domi—

Paupertas Grecorum hodierna.

Καταγενομένων ἡμῶν) M. Musurus etiam, praefat. in Aristoph. πλέν ὀλίγωρ, inquit, τῶρ ἀπὸ τῆς πεστῆρας ὀνειδιμονίας, ὡσπερ τι ζῴον, σωφρομένων τῆς λοιπῆς μάτῳ αὐτῆς ἐπιχεράσει, πρὸς τὰ ἀγαθὰ κατὰ τεινομένης: καὶ χαλεπῶς, ὅμ τι εἶσι φόρον τῷ βαρβάρῳ, ποιεῖσθαι. Praeter paucos, ex pristina felicitate reliquos: frustra reprehēdas ceteros (Graecos: quod non emant libros, nec discant) cum in necessario mictu parando sint occupati: & difficulter tributum, quod Barbaro (Turcæ) pendendum est, nanciscantur. Vixit Musurus adhuc 1517. annoi Cretenfis fuit, & uir doctissimus.

Ἰππὸς δὲ φρυγασομένης) Sunt ne Dionedis Thracis equi: quos illi hospitum suorum carne & sanguine pascebat: quem postea Hercules interfecit?

Adonidis hortuli. Athenarū Episcopatus.

Κλητὸν Ἀδωνίδου) Proprie κλητοὶ Ἀδωνίδου, φυτάρια ἐν χυτῶν, ἀρρίχοις, ἢ κοφίνοις: ταχὺ ἀναβάλλοντα καὶ ἀφαινεύοντα, κατὰ τὸν ὠκύμορον ἀφροδίτης ἔρωτῳ Ἀδωνι. Plantæ & flores in ollis, aut cophimis: citò nascentes & percuntes, sicut Veneris amator Adonis, à riuale Marte peremptus.

Ἄδρια λειψείσας) Athenas, hodie Metropolin 6. Episcopatum, & 150. Ecclesiarum; esse: cum olim decem Episcopatus habuisset: Gerlachius Epist. 27. Nouemb. 75. ad me, ait. Ecclesiam autem Graecis esse congregationem centum, aut ducentorum, hominum Interdum, tantum L. & XXX. In Asia autem, pauciores Christianos esse: quod multæ Metropoles, uastatæ iaccant: & aliæ à Turcis inhabitentur.

Sapientiae migrationes.

Ἀπίσσαν δὲ) ἡ σοφία, πολλὰς τὰς ἀποικίας ἐχρήσατο. Ἀγυπτῆ & μὴ γὰρ αὐτῆς (φασίμ) ἢ πρὶν ἐγίᾳ, εἶτα, πρὸς πέρας καὶ χαλδαίας διέβη, εἶτα, παρ' Ἀθηναίους παῖδ' ἐλυσσεύα κείθον, τὸ τελευταῖον ἀπέπλη. Καὶ, οἷον εἰ τις ἄρτι, τῆς καλιῆς ὑφ' ὅτις ἐν ἐξωδῆσιν, πηλείσιν ἄρτι διὰ μακρῶ πλανομένη. Sapientia sæpe sedem suam mutat. Niceph. Gregoras lib. 8. cap. 9.

Respub. Platonis.

Ἡ πλάτων ὁ θεός) ὁ ἀγίος χρυσοσομῶς, ἀπομόματι πρὸς τὰ ἀναγγεῖς, πῶ μὴ πλάτωνος πολιτείας, κατὰ γέλωτον, καὶ δυσχερῆ, καὶ ἀσαφῆ: πῶ δὲ ἀναγγεῖ μὲν, ὑψηλῶν, βραδίων, καὶ σαφῶ εἶναι λέγει, S. Chrysof. Platonis Politiam, ridiculam, difficilem, & obscuram, Euangelicam autem, altam, facilem, & perspicuam, esse dicit.

Ὅντε ὁ μὲν ὅς ἔστι ὑδαί) Cicero Tusc. Quæst. lib. 1. Honos alit artes, omnes ἑ; incenduntur ad studia, gloria, iacent ἑ; ea semper, quæ apud quosq; improbantur. Hic uerò sic dicatur: Merces alit artes: pauperes ἑ; incenduntur ad studia præmij: iacent ἑ; ea semper, quæ nulla mercede cõpensantur.

Honos & merces alit artes.

Ἀλπίστ' ἄβις) Die 22. Febr. 1565. Albertus de Vuys, literas Constantinopoli Germanicè scripsit ad D. Primum Truberum, pagi nobis uicini Dæredingæ concionatorem: quas ego 27. Augusti 66. legi. In ijs erat de Vuolsgangō Schreiberō, qui captus fuerat à Despota Moldauiensi, quod pios libros, à D. Primo in Schlaunonā cã linguã conuersos (qui hic auspicijs generosi D. Io. Vignadij excudebantur) in illis locis distrahere uoluisset. Sed postea dimissus est (ut ex ipso D. Primo si audiui) uenditis illis libris (nouo Testamento, & locis communibus S. scripturæ) quos etiam Turcæ (quæ Cirulicis literis excusi) legerunt.

Alber. de Vuif. Vuilhelm. Coturnosius, cum D. Alger. Busbecco.

Ὁ μακρῶ Γαλιέλου) M. Georg. Muschlero Oetingensi, in Archigymnasio Viennæ Rectore, ad id uocati sunt 1548. Christi, tres insignes Philosophi, ex Louaniensi Gymnasio, M. Andreas Dadius, Vuilhelmus Coturnosius (Quacquelbertus) & Ioan. Ramus, Poeta celebris: quorum studio atq; diligentia, Philosophia in Archigymnasio fuit restaurata. Interea temporis, omnes Doctoriam dignitatem affecuti sunt. Ramus, Louanij in ra proficetur. Coturnosius, magnifici uiri Augerij à Vuifbegze, Imperatoris legati apud Turcarum Regem, agit Physicum. Dadius in hunc usq; diem Philosophiam proficetur naturalem. Georg. Eder I. C. Cæsareus Erisingensis, in Catalogo Archigymnasij Viennensis. 1559. edito.

Fuit

Turcogræciæ Librum VII. 493

Fuit autem 1552. Byzantium profectus, Coturnosius. Anno deinde 1562. cum ineunte mense Iunio, iterum fierent inter nostrum imp. Ferdinandum, & Sol. Turcam, induciæ, scilicet octo annorum: rursus legatus erat Constantinopoli Auger. Busbeccus: & quotannis λ. χιλιάδες χρυσίων vendi debebant.

Ὡς ὁ σὸς ἐφη ποιητής) Iliad. 5. Diomedis & Glauci armorū permutatio: χρυσία χαλκείων, ἐπαιτόμβοι ὄνια-βοίων: aurea pro æneis, centum boum pro nouem boum, armis.

τὰ ὄψα πικνομελῶν) χάρεις γυναικὸς (inquit cap. 26. Siracides) τέρχαι ἢ ἀνδρα αὐτῆς: καὶ τὰ ὄψα. αὐτῆς πικνομελῆ ἢ ὄψα ἡμῶν αὐτῆς. Gratia mulieris delectat virum suum: & ossa eius pinguefacit scientia ipsius.

ὡς τῶν σοφῶν βρύτῳ) Bruti Laconicæ (breues & argutæ) Epistolæ, ad plures Græcas ciuitates, olim ab Aldo excusæ, extant. Cicero lib. 11. Famil. Epist. 24. Narro tibi, inquit Bruto. Antea subirascebar breuitati tuarum literarum (mea scilicet prolixitate gaudens) Nunc mihi loquax esse uideor (tuam breuitatem laudans) Te igitur imitabor. Quam multa, quam paucis Iliad. 3. Menelaus, πᾶσα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγύω, ἐπεὶ ἢ πολὺ μωβος. Pauca quidem, uerum argute, breuitatis amore. De Beseleelo, Exodi 31. & 37. τῆτον ὁ θεὸς ἀνεπίπλη-νε πνῦμα θεοῦ, σοφίας, καὶ συνέπειας, καὶ ὁσιότητος, ὅτι πᾶσι ἔργω, διανοοῦσθαι καὶ ἀρχιτεχνῶν ἔργασθαι τὸ χρυσοῦν, καὶ τὸ ἀργύρεον. Eum Deum spiritu diuino impleuerat, sapientiæ, intelligentiæ, & scientiæ: in omni artificiali operis cogitatione, & fabricatione, ex auro & argento.

Ὡς ἀθεώπιον) Μὴδὲρ ἀμαρταν, ἔτι θεῶν, καὶ πάντα κατ' ὁρθῶν.

Solus non errat Deus, & facit omnia rectè.

Ex Epigrammate in Orat. Demosth. περὶ τῆς σιφάνῳ.

A D E P I S T. X I.

Die tricesimo Ianuar. 1576. loco lectionis Homericæ (docens tunc in decimo libro Odyss.) uesperali hora 3. (ὅτι τῶν μεγάλων τῶν Κορυβατηρίων, ἡγῶν συνειρησις χολαστικῆς, ἀεροατηγῶν) Auditores meos (πλείους τῶν ἐκτὸν ὄντων) adhortatus sum ad maius pietatis, honestatis, & optimarum literarum ac disciplinarum, studium.

Deum enim flagitare hoc, cuius inseruire honore debeamus: illustrissimum Principem ideo clementer hanc Scholam tueri: Magistratum Scholasticum, & Præceptores, hoc omnino requirere: statutis & legibus hoc exigi: eam esse honestissimorum Parentum, propinquorum, Meccenatum, uoluntatem: etatis flori hoc dandum esse. Sed hæc argumenta, iam pridem nota omnibus esse: & sæpe ab improbis, ac negligentibus (quales, ipsi non sint) despici. Nunc uero, nouum quoddam argumentum adesse: quod potentius esse debent, ad ipsorum industriam incitandam & retinendam, & augendam: Epistolam uidelicet ex Oriente, & loco ualde hinc remoto, ex urbe Constantinopoli: eamque a uiro optimo, doctissimo, nec parue dignitatis. Hunc, esse Dominum Theodosium Zygomalæ, Patriarchicæ sedis Protonotarium dignissimum: uirum XXX. annorum: filium Domini Ioannis, senis eruditione & prudentia præstantissimi, Patriarchici Rhetoris: qui ambo ad meas literas, quibus eos ignotus salutauerim, humaniter & copiosè responderint. Filium autem, ad ipsos etiam mittere Epistolam: honoris mei, & ipsorum utilitatis, causa. Eamque Epistolam postea, ea hora cursim, propter iuniores nonnullos, latine interpretatus sum (deprecans à me Theodosius opinionem esse mihi indigni, honestior mentio fieret) & describendam omnibus, qui uellent, dedi & deligi ab ipsis aliquos iussi, Responsum grato animo reuerenter paraturos.

Απολέσωτες γὰρ ἡμῶν βασιλείων) At quanta saltem ante CCCC. annos, uicini quando antè magis floruit, excellentia Græci Imperij fuerit, Beniaminus Iudæus, Aria interpretante, docet.

Constantinam, inquit, perueni maximam urbem, caputque Regni Iauan, quos Græcos uocant: Emanuelis Imper. Regiæ, cuius imperio duodecim Reges parenti quorum singulis singula palatia Constantinopoli sunt, & turre, & regiones: hisque tota terra subest. Primum ac præcipuo, nomen est Aphrippos magnus: secundo, Miza Demastocos tertio, Rominos: quarto, Magdocos: quinto, Alchason Magli. Ceteri nomina his similia habent.

Constantinopolis urbis ambitus, milliaria octodecim continet, cuius media pars, super mare, altera uero dimidia, in continente siue arida est, sitaque est super duo brachia Maris, siue fluminum maxima ostia, in quorum alterum ex Russia, in alterum uero ex Hispania usque, aquæ confluunt. Estque frequens negotiatoribus multis, ex provincijs ac regionibus Babylonis, Senaar, Mediæ, Persiæ, omnibusque Regnis terræ Aegypti, & Canaan, & Regnis Russiæ, Ungariæ, & Psianki, & Buriæ, & Longobardiæ, & Hispaniæ. Ciuitas ipsa, communis & promiscua est, ad quem maritimo ac terrestri itinere, ex omnibus Regionibus Mercatores confluunt. Nullam in orbem parem habet præter Bagdir, maximam illam Ismaelitarum urbem.

Hic celeberrimum templum S. Sophiæ est. Græcorum autem Patriarcha hic habitat. Neque enim hi Romane Papæ doctrinæ correspondent. Alia etiam templa sunt, totidem numero, quot anni dies. Sed illud, maximum thesaurum habet, omni æstimatione serè maiorem, ex donarijs ac dinitijs, per

Bruti
λακωνισμῶν

Beseleel,
aurifex.

Adhortariò
studiosæ iu-
uentuti, ad
maiorē
diligentiā.

Theodosia-
næ Epistolæ
traditio.

Iauan, Græ-
ci,
Manuel Cō-
mnenus.

Constan-
tinopolis,
qualis annis
1180, cir-
ca fuerit.

Bagdir.
Est ne Cai-
ram?

παμμεγύ-
 ρος ναός η
 θεότατος,
 ἱεραὸς ἐπι-
 γυος, θεό-
 vos δόξιος
 θεῶ, θεομα-
 η ἱεργον οὐ-
 ρολινόν.
 Choniata
 lib. 18.
 Hippodro-
 mus.
 Bilbernae.
 Blacheruia
 Regia,
 καὶ οὐβλα-
 χίρνας βα-
 σίλεια.
 Choniata
 lib. 8.
 Tributa.
 Græcorum
 luxus.
 Doctrina
 Ignauia
 Filij Tho-
 garma.

Iudæi.
 Pomum au-
 reum.

per singulos annos allatis ex uarijs regionibus, insulis, castellis, castris, & locis: adeò, ut nullum totius orbis terrarum Templum, cum huius diuitijs comparari possit. In medio autem Templo, columnæ sunt aureæ & ar- genteæ, candelabra maxima, & laternæ, & lampades: & alia ornamenta, ex auro atq; argento, plura, quàm dinumerare quispiam possit. Templi muris proximus locus est ad Regios ludos constructus. Hippodromus dicitur. Vbi quotannis per Iesu Nazareni natalitium diem eduntur magna spectacula: ostendunturq; ibidem omnes formæ hominum orbis totius, omnibus habituum generibus, coram Rege & Regina Producentur etiam in spectaculum leones, ursi, pardi, asiniq; syluestres: quia pugnam inter se committant. Et aures quoq; in eundem modum, Neque existimo, in ulla orbis regione, huiusmodi magnificos ludos spectari. At uerò Emanuel Rex, præter illud, quod à maioribus habuerat palatium, alterum sin ipse construxit ad littus maris, quod Bilbernas uocauit. Cuius columnas & muros, auro & argento conflato obduxit: in quo bella omnia, à se Maioribusq; suis gesta, insculpsit. Solium autem ibidem sibi parauit ex auro & gemmis: idq; aurea corona ornauit, supernè pendentem, ex aureis catenis: cuius ambitus, solio ipsi æqualis est: margaritis & unionibus di- stincta: quarum precium homo nemo æstimare queat: tanto splendore, ut nulla admota lampade, noctu uide- antur & luceant. Sunt præterea res aliæ eodem loco innumerabiles, narratuq; incredibiles. Deserunturq; in illud palatium quotannis tributa, quibus turres implentur: coccinea purpureaq; ueste, & auro: ita, ut nullibi terrarum, par structura atq; diuitiarum exemplum inueniri possit. Affirmatur autem, ipsius solius ciuitatis ue- stigal, ex foris, portu, ac Mercatorū tributo, collectum, ad uiginti millia Aureorum in singulos dies accedere. Porrò Græci ipsi, Regionis incolæ, auro & gemmis ditissimi sunt: cultuq; incedunt sumptuosissimo: uestibus ex cremesino confectis, intextis auro, aut acupictis: equisq; uehuntur Regum filijs omnes persimiles. Regio ipsa amplissima, omnium fructuum generibus abundat. Frumenti etiam, carniū & uini, copiam habet ma- gnā. Neque similes his diuitias, in terrarum orbe inuenire est. Sunt etiam docti, ac Græcarum disciplinarum periti, genioq; indulgentes. Comedunt & bibunt unusquisq; sub uite sua, & sub ficulnea sua: conducuntq; ex omnibus gentium linguis: quas illi Barbaras uocant, Milites ad pugnandum cum Soldano, Rege filiorum Tho- garma, qui Turcæ uulgo dicuntur: eò quòd ipsi propter otium ac delicias, imbelles & ad prælia ignaui reddi ti sint: uisq; mihi fuerint mulieribus persimiles impotentia quadam deliciarum. Nulli autem Iudæi intra urbē habitant: sed exclusi brachio aquarum, in loco sunt, qui Pera dicitur: neq; in urbem uenire permittuntur, nihil nauigio: idq; negotiorum & commercij causa. Sunt Iudæi circiter bis mille: nec ulli Iudæo illic uehi equo licet, præter Selomonem Aegyptium, Medicum Regium: cuius officio Iudæi recreantur, grauemq; suam captiui- tatem solantur. Sunt tamen diuites. Hactenus, ille, Ioannes de Monteuilla Anglus, qui 1322. ad terram S. profe- ctus est, dicit: suo tempore ante templum Sophiæ, uirum in equo cupreo inaurato, scil. Imp. Iustinianū, cum co- rona stetit tenentem pomum aureum in manu, significationem totius mundi habens. Id pomum ei ante mul- tos annos è manu excidisse, nec reponi in manum potuisse. Inde cœpisse decrescere Imperium. Insistere hūc equitem altæ columnæ marmoreæ: sublata altera manu minaciter Orientem uersus, contra imperio insectos. Sic & iste.

Vaticinium lingua Turcica.

Patissahomoz ghelut, ciaferun memlekeri alur, keuzulalmāi alur, Kapzeiler. Iedi yla- degij gyaur Keleci cūKmasse, on iKi yladegh oularum beghligheder, eufi iapar, baghi di Ker, bahcfai baghlar, ogli Kezi olur. On iKi ylden sfora Hristian on Keleci cūKat, ol Tur- Ki gheres sine tufKure, hoc est:

Imperator noster ueniret, Ethnici Principis Regnum capiet, rubrum quoque pomum capiet, in suam po- testatem rediget. Quòd si septimum usq; annum Christianorum gladius non insurrexerit: usq; ad duodeci- mum annum dominabitur eis: domos ædificabit, uineas plantabit, hortos sepibus emuniet, liberos procreabit. Post duodecimum annum, ex quo rubrum pomum in illius potestatem redactum fuerit, apparebit Christiano- rum gladius, qui Turcam quaqua uersum in fugam aget.

ἡδὴ βαρβαρὸς ὄντας) Puram linguā ait Gerlachius (Epist. 27. Nouemb. 75. ad me): à quibusdam Græcorum in Italia disci: qui domum reuersi, alios doceant. Quosdam à Parentibus, per manus quasi traditam, accipere. Alios, pr incipijs Grammaticæ Constantini Lascares, in Scholis triuialibus imbutos, assidua lectione eò perue- nire (Metropolitā, & Calogeros quosdam) ut pleraq; in patrum scriptis intelligant. Hæc ille.

Libet addere ex literis, D. Ioannis Scheurlini, Med. D. Augustæ Vindelic. (quas ad me 1577. dedit) sequen- tia, de studijs Græcis apud Græcos & Italos.

Ex Epistola uigesima prima Mart. 77. De Barbarogræcis Autoribus (inquit) propter seuissimam Venetijs pestem, gratificari nondum potui. Dabo tamen operam per amicos: ut per D. Gabrielem aliquid acquirant: qui est ex Diaconis D. Georgij, Græcorū ibi tēpli, præcipuis: uir latinogræcè (ut loquuntur) satis peritus: amicus, cūm ibi uersarer, meus. Præter hunc non puto aliquem alium alicuius momenti Græcum es- se: qui nec ipse quidem magnifit ipter Italos: Græcæ Religionis parum amantes, & lingue Græcæ

Puræ lin-
 guæ Græcæ
 ignorantia.
 D. Gabr.
 Apud Græ-
 cos & Ita-
 los, negle-
 ctio studij
 Græci.

Turcogræciæ Librum VII. 495

Græce imperitissimos. Vnus est in Academia Patauina, Emanuel Margunius Cretensis, iuuenis doctissimus.

Ex Epistol. Octob. 8. Nihil dum Barbarogræcum (inquit) licet opera data sit, conquisitum est. Nec mirum. Nullus enim Græcarum literarum, in Italia tota cultus est: ac ne Latinarum quidem. Solæ florent artes & scientiæ lucrosæ. Itaque in Bibliopolijs, Græcorum auctorum summa est ab Aldo mortuo penuria. Nisi in foro seruario aliquid inueniatur: nescio, num quid habiturus sis. Nunc Mercurialem, Patauinum Archiatrum, compellam, ut operam det.

Ex Epistola decima tertia Decemb. 77. Mercurialem, ad inquirendos Barbarogræcos incitare non desino: cui res curæ erit. Quod ad Græcos attinet, quibus Patauij familiaris fui: eos inde ferè oēs abiisse, cōpertum habeo. Inter quos fuit Symeon quidam: τὸν ἐν ὁσίῳ ἐστὶν, τῶν ἐν Κωνσταντινῶν πόλει: mihi, & Ioan. Suartzio uestrati; coniunctissimus: qui ante meum ex Italia discessum, Byzantium rediit: uir in aliquibus Auctoribus utcumque uersatus: sed (quales ferè omnes sunt) nomine & patria Græcus: sermone & doctrina non exultans. Quod hinc patet, quòd in Italian propter discendum emigrant. Ex illo multa de statu Græciæ cognouimus: sed ferè nihil aliud: quàm nullam in Græcia Græciam, nullas Athenas Athenas, esse. Idem ex Emanuele Margunio Cretense, ab italis deinceps Philosophiam, Græcâq; literas, edocto, percepi. Qui nullum antiquitati locum esse in tota Græcia, mihi sepe narrauit: nisi in Chio, ubi pauci adhuc ἰσχυρῶς Philosophiam sinceriorē profiteantur. Præter hos duos, Patauij & Venetijs quàm plurimi sunt Græci Sacrificuli: qui ne Grammatica quidem solidè didicerunt: indigni sua origine, ac potius Barbari. Hi cognomina ferè nulla profitentur: sed Barbarorum more, ἰεροῦ Gabrielis, ἰεροῦ Ioannes, Domini Stephani, appellantur. Nihil in Creta, minus in Corcyra: barbarici plena sunt omnia. Quodq; mireris, nec Patauum ullum Græcarum literarum peritum alit: ut ualde metuentum sit, nec ad pristinam Barbariæ bonæ literæ redigantur.

Symeon
Cabalas.

Emanuel
Margunius

AD EPISTOL. XII.

Ὡς τὰς γραφικὰς μαρτυρίας) Quicquid in Articulis fidei, ex uerbo Dei expresso, solidè & perspicuè bona consequentia probatum est: meritò à nemine sano negatur. Quicquid autem, aut contradicit sacræ scripture: aut nulli fundamento inuititur sacrarum literarum, sed tantum humanæ rationi: aut ex Apocryphis, contra receptos, omnibus seculis libros diuinos: aut uitiosa connexionē sententiarum, affirmatur: iure ab omnibus rectè & piè sentientibus reijcitur.

Ἐχολογῶ βεβαίωτερον, τὸν προφητικὸν λόγον, ὃ καλῶς ποιεῖτε προσέχοντες, ὡς λύχνω φαίνοντι ἐν ἀνυχμῆν ἰσχυρῶς. 2. Pet. 1. Λύχνος τοῖς ποσὶ μου, ὃ νόμος σου, καὶ φῶς τῶν τρίβοις μου. Psal. 113. Οὐ προσθήσειτι πρὸς τὸ ῥῆμα, ὃ ἐγὼ οὐτέλλομαι ὑμῖν: καὶ ἂν ἀφελῆτε ἀπὸ αὐτῶν. Deuter. 4. Οὐ ποιήσετε ἐν ἐμοὶ κατὰ πάντα: ὅσα ὑμεῖς ποιεῖτε ὡς ἐπισημασμένον: ἐκαστὸν τὸ ἀρεστὸν ἐναντίον αὐτῶν. Ibid. 12. Μόνω ἀρετῶν, διακρίθηθαι ἐν τῶν προφητικῶν καὶ ἀποστολικῶν γραφῶν ὁρθῶς ἀποδείχθῆντι, βεβαίως πιστευτέον: ἀλλ' ἔτι ἀνθρωπίνους, παρὰ τὸ θεῖον ῥῆμα, διόξαι, καὶ ἀνπροσωποτάταις ἕσσαι.

AD EPISTOL. XIII.

Κρῆσι καλοῖ μιν.) Mihi quidē antiquitus cognomen kraus est: in Germanica nostra lingua poculi genus. Sed quia ὁ μακαρίτης μου κατηχητής, D. Gregorius Leonardus, me sua dialecto kraus uocitauit: Crusi nomen mihi passim mansit. Eo nunc, tanquàm si græcum esset, cum homine græco iocor.

ῥούτι κεινωνοῖς μου.) 1. Domino Philippo Apiano, Mathematico. 2. M. Ioanni Mendino, Dialectico: cui postea, piè defuncto, M. Georgius Bircardus successit. 3. M. Georgio Lieblero, Physico. 4. Georgio Hixlero, Rhetori. 5. M. Samueli Hailando, Ethico: uiris, pietate & eruditione clarissimis, compatribus meis colendis.

Διβλήθηναι.) Plurimis Græcorum, Armeniorum, Italarum, malignè persuasum intellexi: Lutheranos, neque in Deum, neq; in Christum, credere: Baptismo, & omnibus Sacris, carere: ἄβυσσος deniq; hominum genus esse. Tanta uis est calumniæ, quàm eiant Ioach Camerarius, 1544. in Epistola de Antonij Eparchi Corcyrei ad Philippum Melanchthonem Epistola, siuise indicat, his uerbis ad Matthiam Irenæum. Νυνὸν ἔργον, ὃ εἰρηνοῖε, παραινέω τῷ φιλιππῶ: μὴ περιδέειν, ἕτι τὰς τοῦτ' ἀνδρα, ὅποιοι εἶναι ἐνεῖν (Eparchus) ὃ ἐπίσημοι λαοὶ νυνὸν τῷ φιλιππῶ φαίνονται, ἀλλως, ἢ λέει, φρονούντας περὶ ἡμῶν, ἕτι τίς ἀλύθειαν, ὡσπερ ὑπὸ κλοδίων, τῶν διαβολῶν, εἰκὴ φρονοῦντων, διαταρασσόντων τὴν ὑγιαίνουσαν διδασχλήν, ἢ βορέν, ἢ δὲ ἀργέσασιν νότοις, ἀλλὰ τῶν φρονούντων, καὶ φρονοῦντων τὴν τῶν ὀφθαλμοφανῶν ἀμαρτιμάτων ἐλέγχοντες. Sic tunc, Camerarius.

Sed Scriptis nostris post illò perlatis: qui ea legerunt, uidentes demonstrationes sacrarum literarum, animis immutati sunt. Medicus quidem certè, se Augustinam confessionem probare dixit: quia scripture fundamento nitatur: & si quid Græci dissentiant: ignorantia, non pertinaciâ, id fieri. At multi, quamuis resu-

Professores
philosophi
& Tybinge
Græci, de
nostra
Religione